Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

nec dum tamen caligauerat oculus
eius. nec dentes eius moti sunt. et fle-
uerunt eum filii israel triginta die-
bus. et non surrexit ultra propheta in israel
sicut moyses quem nouerat dominus facie ad
faciem. i. adeo familiariter. hoc cap
itulum finale ut fertur apposuit
esdras. sic ab illo loco ascendit
moyses. usque ad hec fertur iosue
apposuisse.

Liber iosue.

Liber iosue.	De iosue.
Factum est.	De exploratoribus et r.
Misit ergo io.	De transitu iordanis.
Postea tercia die.	De circumcisione et g.
Eo tempore.	De euersione iericho.
Eadem nocte.	De lapidatione achor.
Porro achor.	De incendia ay.
Postea surrexerunt.	De dolo gabaonitarum.
Gabaonite.	De .v. regibus suspensis.
Eo tempore. r.	De .xxxiiii. a. v. r. s. spe.
Quod cum au.	De altari hebal et p.
Iosue iam anno.	De hebron.
Accessit ergo ca.	Quomodo iosue.
Iterum cum io.	De ut ignis.
Eo tempore as.	De reditu.
Eodem tempore.	De sede.
Euoluto autem.	De morte iosue.
Post hec mox.	

INCIPIT LIBER JOSUE.

LIBER iosue a nomine
auctoris censetur. qui et
iehuc. dictus est. Nam et
iosue et ihesus idem nomen est. cogno-
minatus est autem a patre ihesus naue
uel iosue ben nun. id est filius naue
uel filius nun. quod idem est.
Cognominatur autem sic ad differen-
tiam ihesu filii syrach. pronepotis
ihesu magni sacerdotis. qui scrip-
sit ecclesiasticum. et nota quod se-
cundum hebreos hic incipit secundus
ordo ueteris testamenti. qui ueteris
testamentum distinguunt in tres
ordines. primum uocant legem.
secundum prophetas. tercium agio-
grapha. In lege ponunt quinque
libros moysi. in prophetis octo. iosue
iudicum samuel malachim. ysai-
am ieremiam ezechielem. duode-
cim prophetas. In agiographis ponunt
nouem libros ueteris testamenti.
qui supersunt his dicuntur agio-
grapha. i. sanctorum scripta. quod no-
men commune est omnibus sacre
scripture libris. et quia hii .ix.
non habuerunt eminentiam pre ce-
teris secundum quam agnominarentur
communi nomine contenti sunt.
sicut hoc nomen confessor. ge-
nerale est omnium sanctorum. ta-
men quidam illorum secundum emi-
nentiam aliquam quam habent
aliis nominibus censentur.
Dicuntur alii apostoli. alii
martires et huiusmodi. In sic
etiam modum ultimus ordo an-
gelorum communi nomine omnium
nuncupatur. Origenes autem
secundum grecos in primo
ordine. septem ponit libros

[Margin notes:]
Iob. dauid. iii. libros salemonis. daniele. paralippomenon. esdra. hester.

de apocrifis liber sapientie. ecclesiasticus. iudit. tobias. pastor. machabeorum.